

dominorum. In cuius rei certitudinem hanc paginam sigillorum nostrorum appensionibus roboramus. Acta sunt haec in capitulo nostro anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXXXV<sup>o</sup>. XVII<sup>o</sup>. Kal. Junii praesentibus his: Jo. de Holzhusen, H. Jagebocco, Con. de Stedeln, Con. de Burnis, H. Saxone, Sy. de Vribere, H. de Briseniz, Jo. Haulone, Jo. cellerario, H. de Wizenvelse, Helwico Bauro, G. de Burnis, Jo. de Dreleyben, Nicolao, H. de Sconewelt sacerdotibus ecclesiae nostrae.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit den Siegeln des Probsts und des Capitels an Pergamentstreifen.

No. 47. 1296. 20. Juli.

*Probst Albert und das Capitel verkaufen die Angermühle mit Ausschluss des Mühlgrabens und der Zinsen und Gerichte auf demselben an Hermann Münzmeister in Geithain zu Erbrecht und mit der Verpflichtung, jährlich in der Vigilie des h. Thomas zwei Pfund Wachs zu entrichten.*

In nomine domini amen. Nos Albertus dei gratia praepositus, Johannes prior totumque capitulum canonicorum regularium ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipzk recognoscimus per praesentes, quod molendinum quod Angirmül dicitur ecclesiae nostrae appropriatum, solvens annis singulis centum et viginti modios videlicet sexaginta modios tritici et totidem siliginis, in festo sancti Johannis baptistae triginta modios utriusque annonae praedictae, in festo sancti Michaelis totidem, in festo natiuitatis domini totidem, in festo paschae totidem Ransthetensis mensurae, salvo iure inhabitantium et excepto fossato quod dicitur Mülgrave cum censu et iurisdictione nostra ibidem de voluntate venerabilis domini H. Merseburgensis episcopi et canonicorum suorum, accedente communi consensu capituli nostri, vendidimus Hermanno Monetario in Gyten pro centum et quindecim marcis argenti nobis integraliter persolutis, sibi et uxori suae filiis et filiabus suis et ipsius heredibus cum omni utilitate sicut ad nos et ecclesiam nostram pertinuit iure hereditario perpetuo libere possidendum. Praedictus vero Hermannus Monetarius, uxor sua et heredes in recognitionem quod huiusmodi hereditatem ab ecclesia nostra teneant singulis annis in vigilia sancti Thomae apostoli duo talenta cerae offerent humiliter et devote. Ut autem huiusmodi contractus iusto venditionis et emptionis titulo terminatus praesentibus et consentientibus dominis nostris Johanne de Holzhusen, Heinricho dicto Yageboe, Cunrado de Burnis, Heinricho Saxone, Heinricho de Brisenitz, Johanne cellerario, Heinricho de Wizenvels, Helwico, Hermanno Bauro, Gunthero de Burnis, Nycolao de Wolvishain, Johanne de Drileyben, Heinricho de Schonenvelth, Johanne Havl sacerdotibus ecclesiae nostrae, protestantibus etiam burgensibus nostris Symone scultheto, Symone dicto Ecsthete, Wilhelmo de Grimmis, Johanne de Wrzin, Thilmanno Parisiensi, Cunrado Schollone, Heinricho de Gradibus, Hartmanno coloratore, Rudolpho de Berngershain, Nycolao de Grimme, Johanne de Gor, Heysone de Ylburch, Theoderico Karaz iuniore, Heinricho Hartradi, Ottone de Nova civitate, Johanne Monetario de Schuditz, Ottone sculteto de Gyten, Johanne filio scultheti in Lipzk et aliis pluribus fide dignis inviolabilis perseveret, praesentem litteram desuper confectam sibi dedimus sigillo venci-